a terris Nobilibus Juribus Jurisdictionibusque Suis quibusvis propriis et competen[tibus] P[rae]nti vero Castren[si] Cap[itane]a[li] Premislien[si] Juris d[icti]oni se cum Succ[esso]ribus ac bonis Suis o[mni]bus quoad hunc actus p[rae]ntis attinet totaliter et plenarie incorporando atque Subiciens palam libere publice ac per expressum recognouerit et quilibet illorum Seorsim et Speciatim suo pro interesse recognit[u]r Quia ipsi cum p[rae]dicto Conuentu suo toto Summam trium Millium flore[norum] polon[icalium] per G[e]n[er]osum olim Albertum Krempski testamento Vltimae Voluntatis suae cum alia residua Summa quadam et suppellectili post mortem ipsius derelicta etiam certo deposito Lempski consistens in exspirationem autem animae suae in Vsus pios et legata ad quasuis Ecclesias aedes et Religiosorum ordines per manus Generosorum Andreae Pscillatori Lempskiorum et Georgii de Nawotanice Stano fratrum germanorum aliorumque eiusdem testamenti sui executorum ibidem specificatorum disponend[a] fundanda locanda et distribuenda assignatam demandauerit Gnoso Andrea Stano Pscillonis Terrae Lempskiorum Vnius ex p[rae]dictis testamenti executoribus realiter et defacto leuauerunt receperunt et numerauerunt de qua itaque Summa Trium Millium florenorum polon[icalium] Eundem Gnosum Pscillatorem Lempski aliosque executores in eodem testamento content[os] Vti effectualiter et realiter per se Recognoscendi et totum Conuentum suum leuata et numerata suo et eiusdem totius Conuentus p[rae]dicti nunc et pro tempore existent[is] nomine quietat[ionem] emittunt liberamque et absolutam faciunt perpetuo Recognoscentes plenariam et totalem eiusdem Summae Trium Millium florenorum polon[icalium] leuatae factae et p[rae]stitae solutionem.

Stawski consorti suae Aduitalitatem Inscribit

Comparens p[er]s[ona]l[ite]r Coram Officio, et Actis p[rae]sen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus], Gnosus Joannes Stawski Sanus mente et corpore existens A terris Nobilibus Juribus Jurisdictionibusque Suis quibusuis propriis et competen[tibus] renuncians P[rae]nti vero Castren[si] Capitan[eali] Premislien[si] Jurisd[icti]oni Se cum Succ[esso]ribus ac bonis Suis omnibus quoad hunc actus p[rae]ntis attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognit[u]r Quia ipse Gnoa Anna Generosi

olim Matthiæ Rybinski Veratoris Chelmensis cum Gnosa olim Theophila de Ryki procreato filio sui vero Recognoscentis consorti Illmæ suæ totam et integram villam Wolczyscowice sui recognitis hæreditariam cum Curia et ædificiis idem sitam in Palatu Russiæ et Distu Terrestri consistentem cum pecoribus peculibus equis equireo horreis aliisque et pertinentiis omnibus bonis iisdem annexis ius advitalitatis ac usumfructum inscripsit et concessit prout præsentibus inscribit et concedit ad vitæ tempora tantummodo Per eandem Generosam consortem suam bona prædicta villæ totius Wolczyscowice cum quavis prærogativa et usufructu tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi Post fata vero eiusdem Generosæ Consortis suæ eadem suprascripta bona totaliter ad se recognitem Successores suos sine quavis contradictione Gnosæ consortis suæ Successorum redire et devolvi debebunt hac sua præsenti Recognitione adque præmissa omnia et singula mediante ac ad usus suos et beneplacitos quosvis libere et effectuatur adiutis suis tempora convertendo

\+ Ulanowski consorti suæ Advitalitatem Inscribit

\+ Comparens personaliter Coram Officio et Actis præsentibus Castrensi Capitaneali Premisliensi Gnosus Joannes Ulanowski sanus mente et corpore existens A terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus renendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis omnibus quoad vim actus praesentis attinet totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosæ Mariannæ Bełkowska olim Illis Lucæ Bełkowski filiæ cum Gnosa Zophia Velikowska procreatæ consorti vero sui regnitis Illmæ omnium generaliter bonorum suorum hæreditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium Summarumque quarumvis pecuniarum habitarum et imposterum habendarum necnon auri argenti clenodiorum Unionum Stanei cupri orichalci vestium vestimentorum pecorum peculium equireo ac totius suppellectilis domesticæ Advitalitatem et usumfructum advitalitatem et usumfructum ad extrema vitæ ipsius tempora inscripsit et concessit prout inscribit et concedit tali videlicet modo Quod si prius fatalem Gnosum Joannem Ulanowski maritum ipsius quam prædictam Gnosam Mariannam Bełkowska consortem ipsius de hac luce decedere contigerit